Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26300
Copyright: Admont, Benediktinerstift



32

CAPITVLVM .VII.

DOEAVTEM PER omnia omnesq; actus et xpm sig
nificat. Noe enim requies interpretat. Et dominus dicit.
Discite a me quia mitis sum et humilis corde. et inuenietis
requiem animabus uris. Solus iustus inuenit noe in illa gen
te. cui septem homines donantur ppter iustitiam solam. Solus iustus
est xpe atq; perfectus. cui septem ecclie ppter septemplicem spiritum
illuminantem una ecclesiam dedonant. Qd u noe per aquam et lignum
liberat. lignum quippe et aqua crucem designat. et baptisma. Sicut
enim ille cum suis per aquam et lignum saluatur. sic familia xpi per baptis
mum et crucis passionem sanatur. Archam obstruxit noe de lignis
ne putrescentibus. ecclia construitur a xpo. ex hominibus inestimum
uicturis. Archa enim ista ecclesiam demonstrabat. quae natat in
fluctibus huius mundi. Qd autem cadem archa de lignis quadratis
fieri iubet. undique stabilem uitam sanctorum significat. ad omne opus
bonum paratam. Quocumque enim uertetis quadratum. firmiter stabit.
Qd bitumine glutinantur archae ligna intrinsecus et extrinsecus.
hoc est ut in compage unitatis. significet tolerantia karitatis.
ne scandalis ecclesiam temptantibus siue ab his qui intus sunt.
siue ab his qui foris sunt. cedat firma iunctura. et soluatur
uinculum pacis. Est enim bitumen ferentissimum et uolentis
simum glutinum. significans dilectionis ardorem. ut magnae
fortitudinis ad tenendam societatem spiritalem omnia tolerantem.
Qd archa trecentis cubitis longa est. significat qd sexies quin
quaginta compleantur. sic sex etatibus seculi huius omne tempus ex
tenditur. in quibus omnibus xpe numquam desinit predicari. Inquinq;
prophetas prenuntiatur. in sexta per euangelium diffamatur. Potest quidem
et in his trecentis cubitis ligni signum passionis ostendi.
Ipsius enim litterae numerus. H. crucis demonstrat signum.
quo socii xpi passionis efficiri per baptismum. lon
gitudinem uitae aeternae adipiscamur. Qd u cubitis quinquaginta.